



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 33. Guido Archiepiscopus Mediolanensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

Sæculum XI. dinalem Humbertum ejusdem auctorem
A.C. 1059. conviciis infectatus est. (*)

§. XXXIII.

Guido Archiepiscopus Mediolanensis.

Sup. l. LIX. Heriberto seu Ariberto Archiepiscopo
 §. 35. Mediolanensi fati functo decima

sexta Januarii, anno millesimo quadragesimo sexto, postquam Episcopatum obtinisset annis viginti sex, Guido dictus
Ital. Sacr. *Vavasor Velatenus*, eodem anno successit.
Sacr. to. 4. Populus metropolitanæ Ecclesiæ Presby-
p. 141. 145. teros quatuor nominaverat, ex quibus unus eligeretur; aliqua vero Procerum pars Archiepiscopum exoptabant Guidonem, qui data Henrico Imperatori pecunia litem sustulit ab eoque in possessionem Archiepiscopatus immissus est. Quantam invidiam sibi hoc facto conflasset, cum primam Missam ritu Pontificali celebraret, patuit; nam omnes Clerici populusque ex Ecclesia se se propicientes solum ad Altare stantem reliquerunt. Nihilominus Sedem Mediolanensem annis viginti duobus obtinuit. Sub initium anni sequentis millesimi quadragesimi septimi Guido Concilio Romano, a Clemente II. Papa celebrato, interfuit, ubi de altiore gradu cum Humfredo

(*) An Hæresis magis vel stultitia hujus hominis cerebrum perturbaverit, quis discernat?

do Archiepiscopo Ravennate litigans, vi-
ctus est. In iudicium vocatus, tanquam
Simonie reus, a Papa Leone IX, tam
apte causam dixit, ut plene absolutus, &
triumphanti similis ad Ecclesiam suam
revertus, in Concilio Vercellensi anno
millesimo quinquagesimo cum aliis Epi-
scopis sederit.

Sæculum XI,
A.C. 1059.
Sup. l. LIX,
§. 51.

§. XXXIV.

*Petrus Damiani Legatus Mediolanum
mittitur.*

Verum Nicolao II. in Cathedra Petri se-
dente, Legati Mediolanenses ad eum
venerunt, suppliciter rogantes, ut mise-
ricordia motus Mediolanensis Ecclesie
malis remedium afferre dignaretur. Ni-
mirum illa Ecclesia præcipue Simonie
vitio, & Clericorum incontinentia tur-
babatur. Papa Legatos misit Petrum
Damiani Cardinalem, Episcopum Ostien-
sem, & Anselmum Episcopum Lucensem,
qui Clericos & populum illius civitatis
ob memorata duo vitia vehementer col-
lisos invenerunt. Nihilominus venera-
tione Legatis Sacre Sedis debita exce-
pti sunt, & causam Legationis sue expo-
nentes auditi. Sed post diem alterum,
factione Clericorum, repente in populo
murmur exoritur; Non debere Eccle-
siam Ambrosianam Romanis Legibus sub-
jacere, nullamque iudicandi vel quid-
quam

Gest. Pontif.
ap. Baro. an.
1059.
Pet. Dam.
ep. 5.

Hist. Eccles. Tom. XIV. Xx quam